

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum  
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

**Porisma III**

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

## DISSERTATIO II.

21

*Eστυντε τὰς γραφὰς, Scrutamini Scripturas, quoniam vos existimatis in ipsis habere vitam eternam, & illae sunt, quae testantur de me: quin & exemplum eorum qui hoc medio certitudinem fidei libi compararunt, eam quam diximus necessitatem hujus scrutinii satis persuadet, quales erant Thessalonicenses ἀνεξιόντες τὰς γραφὰς, et ἐχει ταῦτα εἰπεῖν, dijudicantes Scripturas, num hac ita se habeant? Act. 17, 11.*

## PORISMA III.

Porisma  
III.

*Hoc autem Scrutinium & Examen, non tantum ad ea restringendum que fidem spectant, sed & ad ea, quae ad mores pertinent, & proponuntur tanquam cultus DEI, aut opera DEO placentia, aut aliquo modo ad Salutem necessaria; neq; res tantum, sed & personas ipsas, quo ad Spiritualia, probat. §§. 10. 11. 12. Apostolus πάντα omnia dixit, unde nihil excipit; de fide quidem nemo facile dubitaverit, cum ex hac salus nostra pendeat Marc. 16, 16. de qua & paulo ante dictum est; sed quod mores etiam & praxis concernit, illam huic judicio subjicimus; sed non quovis modo aut respectu, quasi cuivis licitum sit in leges à superiori latas, earumque causas inquirere, hoc enim Christianorum, ut tales sunt, non est; sed eorum quæ proponuntur ut cultus DEI, ad quem obligantur omnes homines DEO præstandum. Porro etiam examen subire debent opera quæ tanquam DEO placentia commendantur. Cum enim hic mandatum & promissum adesse debeat, certe ubi illud mandatum sit, & ad quos pertineat inquirendum est, ne electius cultus sit, & frustraneus & inanis. Matth. 15, 9. Coloss. 2, 22. Sed neque personas excipimus; nam & Spiritus probandi sunt. 1. Joh. 4. & Spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt. 1. Cor. 14, 32. quin & ipsi Apostoli hoc examen subterfugere noluerint. 1. Cor. 14, 37. nam Spiritualis homo omnia dijudicat ἀνεξιόντες. 1. Cor. 2, 15. conf. 2. Cor. 4, 2. Cum ergo & Apostoli ne ab hoc quidem examine voluerint esse exempti, necio sane, qua ratione ullus homo Apostolis certe non comparandus, peculiari privilegio gaudere possit, ut omnes & omnia judicare velit, judicari autem à nullo.*

PORIS-